

Mythologia, Francfort, 1581 - X [79] : De Typhone

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - X \[79\] : De Typhone](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 22 : De Typhone](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[79\] : Du Typhon](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[79\] : De Typhon](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Francfort, 1581 - X [79] : De Typhone, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 03/02/2026 sur la plate-forme EMAN :
<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6131>

Copier

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581
ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307
Formatin-8

Langue(s)Latin
Paginationp. 1055

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Typhon](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

De Titanibus.

Titanum fabula non quidem ad mores componendos, sed ad naturæ negotia explicanda, conficta est: qui dicti sunt aduersus Iouem arma cepisse, & rursus ab eo fuisse in tartarum deiecti, quia naturalia corpora corruptioni obnoxia videntur quidem sempiternis illis cœlestibus corporibus se velle æquiparare, cum tamen ad interitum citò prolabantur, quamuis singulæ formæ animantium sint sempiternæ. Has igitur formas siue Titanes patres hominū ac Deorum, & omnium animantium fontem appellarunt. Quidam Solē Titana putarunt esse, alij crassiora elementa, quæ ob suam materiam inferius detruuntur à vi superna.

De Gigantibus.

Sic etiam Gigantum fabula illorū arrogantiam deprimit, qui confisi magnitudine suarum virium, vel religionem Deorum, vel Deos ipsos parui faciunt. Nam certè quidem qui plurimum valent viribus, illi minimum pollent ingenio. Hic igitur cum impudentes, & temerarij, & crudeles, & ad omnia flagitia propensi sint, faciliè Dei ultionem in se conuertunt, cum nullum scelus deniq; impunè committatur. quare cœlesti fulmine icti sempiternis supplicijs apud inferos, & perpetuis miserijs fuerunt addicti.

De Typhone.

Ad explicandam ventorū quoq; naturam, vel incendiorum subterraneorum, non inelegantem fabulam de Typhone antiqui excogitarunt, qui capite illum cœlum pertingere dixerunt, & altera manu orientem, altera occidentem pertingere. Venti enim à superiore aeris parte è nubibus perflare incipiūt, & vel orientem vel occidentem versus latissime perflant. Ad celeritatem ventorum exprimendam totum corpus plumis testum Typhonis esse dixerunt, cui plura erant capita propter vires ventorum multiplices: cum enim aliquando sint noxij, Typhoni viperae spiras circa crura tribuerunt. Hunc Iupiter cōpressit, quia cœli & solis rēperies his moderatur. Quam tamen fabulam alij ad historiam deduxerunt.

De Paride.

Postea vt non solā à temeritate & arrogantia homines abstinerent, sed ab omni parum honesto animi impetu, qui se dignos putant, vt cæteris dominantur: Paridem finxerunt pro